22 Dec. 1587. Admodum R.di D.ni

Ex relatione admodũ R. D.ni Joannis Worainski, Gen.lis Auditoris mei intellexi ingens R. D. V.rarum humanitatis, et beneuolentiae in me exstare argumentum, ex fonte beneficentiae eidem circa capiendas possessiones sui Canonicatus Varmien.s a D. V.ris exhibitae proficiscens. Tanta est enim eius insignis uirtus, modestia, doctrina, et in eius erga me obseruantia, et obsequijs fides, ut etiam omnia ipsi a D. V.ris praestita, eisdem tamquam accessa omnibus humanitatis, et beneuolentiae officijs referre sim paratus. quod tanto magis me facturũ sciant, si ea, quae alijs, reip.cae et aliorum obsequijs impeditis saepe saepius condonarunt, eidem etiam Auditori meo non tam meis, quam ne eius huius nobilissimae reip.cae et S. Sedis ap.cae negotijs distento, concedere, residentiam 30. dierum eidem remittere, et super praedictis, quae R.dis D. V. non obsunt, illi uero prosunt, ad instantiam ipsius procuratorum dispensare non recusabunt. quod quemadmodum D. V. facturas non dubito, ita ut petitioni meae locum dare, et me obstrictum memoria huius facti tenere, haud grauentur, obnixe rogo. quarum me beneuolentiae comẽndo, easq. in D.no diu bene ualere cupio. Datae Varsaviae die 22. Decembris 1589.

Admodũ R.darum D. V.

Vti frater amantiss.

A. Archiep.us Hea...

28

Admodū R[dis] Dnis Can[cis] et Capitulo
Cathedralis Ecclesiæ Varmien[sis], uti
fribus honoran[dis].

Redditæ 4 Februarij Ao 90
de dispensatione a XXX diebus
residentia D. Joanni Abramsky
concedenda

Varmiæ.

29v